

ANNOTATIONES

XCII	De malaciis	ibidem
XCIII	De cartilagineis	ibidem
XCIV	De cetaceis	30
XCV	De uini uiribus	ibidem
XCVI	De melle & mulfa	ibidem
XCVII	De somno	31
XCVIII	De uigilia	ibidem
XCIX	De sopore	ibidem
C	Dioclis epistola ad ualeudinem tueudam conscripta	ibidem

ANNOTATIONES IN LIB. II.

Folio.33.b linea 10

M Orbis iam conflicantur.) loquutio Celso frequens,
ut libro secundo capite sexto: Hi uel capitis dolorū
bus confificantur, uel terram edunt.

linea.26

Vna uice.) Græce est $\alpha\tau\mu\omega\sigma$, quod uniuersim significat &
semel, ne in pluribus uicibus. Celsus uidetur hoc uerbi ex-
presuisse libro quarto capite duodecimo, quum ait: Ne quis
aut cibus aut humor uniuersos detur, sed paulatim. Ergo
per interualla temporis sat est cyathos binos ternosue lus-
mure, & cibum pro portione. Hic uniuersim fumere nimis
pro $\alpha\tau\mu\omega\sigma$ ponitur.

linea.31

Siquidem capit.) Hæc dictio squidem, ex superiori ora-
tione pendet, puta quale morbi principium dicamus. Nam
Paulus rationem reddens, cur non quodlibet superueniens
homini morbi, principium sit, inquit: Squidem capit &c.

Folio.34.a linea.10

Vigilia præcesserit.) Græcis est $\alpha\tau\mu\beta\epsilon\beta\kappa\alpha\tau\pi\alpha$, quasi dicas.
quæ simul contigerint, una inuaerint. Verum ex Celso, qui
hæc ad uerbum transtulit e Græcis, sumplimus: quæ ita im-
tamur, ut a fide non recedamus.

linea.16

Pituita crassior.) Celsus ita uerit ex Hippocrate. Græca
dictio est $\lambda\eta\mu\alpha\mu$, quam Plinius etiam usurpat, libro uige-
sim tertio, capite primo: vel, inquiens, si lemæ in ocu-
lis erunt.

ANNOTATIONES

Linea. 20

In ueste floccos legere.) Græce est καρπωδὶ γειν̄ quod uoter proprie fimbrias diducere , ut Celsus exponit : floccos au- tem legere huic finitimum est, eoque addidimus ex Celso. Sequitur καρπωσ̄ εἰν̄, hoc est, festucas & minimā quedam carpere, quod incuria impressorum omisso est, tu adiūcito.

Linea. 27

Sudore digeratur. Tali dicendi formula Celsus uitur, quum quasi defectum animi ex sudore innuit, libro tertio capi- se decimonono: Quod stomacho languente immodico su- dore digeritur.

Linea. 33 ITATONIA

Cibi appetentia.) Græce est, ὁ τοιούτοις οὐ πόθεν ποτε quod Celsus eleganter libro secundo capite secundo , ubi de bonis in ægrotantibus signis agit, cupiditatem cibi uera- sit, alias appetentiam . Barbari ad uerbum exponunt, bene se habere ad oblata.

b. Linea. 10

Quarto die crisis experitur.) Crisis Græca dictio est, medi- cis admodum usitata, eoq; reliquius: interim tamen iudicium, & iudicationem interpretari. Celsus dies crisis circumlocutione exponit, tertio libro de febribus: Dies, inquiens, in quibus de ægris iudicaretur, χριστι μῆνα nomi- nabant.

Linea. 13

Intra quartum decimū diem soluetur.) Hoc est iudicabitur, ut rudiores intelligent.

Folio. 36.a linea. 15

Qui rigore uehementer febricitant.) Quia medicis alioqui doctis hæc dictio in usu est, non dubitauit ipsam ponere, pro ea quæ Græcis μῆνα dicitur, quamquam hanc Latine algorem cum tremore possit interpretari, uel totius corporis concussionem . Rigores autem inflexibilis neruo- rum musculorumque duritas recte dixeris, ut Plinius & Celsus authores sunt. Non tamen ignoro in frigore ali- liquando rigorem dici, verum id ex consequenti eius e- ventu dicitur.

Folio. 37.a linea 3

Conflictatus sit.) Δυσφρίας δὲ Γενομένης Græce est, quod superius exposui exrcutatur. Celsus alibi in simili re con-

ANNOTATIONES

Sicutur, usurpat. Si æger inquisens, conflictatur.

Linea. 28

Elevatione.) Celsus eleganter διεστέλλειν & συστέλλειν, libro primo exponit: Quare inquiens uenæ nostræ modo submitunt se, modo attollunt: dixi autem uenas pro arte riis. Veteres enim uenas pro arteriis ponebant.

b. Linea. 27

Iis quæ per brachiale excurrunt omisis.) Brachiale iunctu-
ram uoco qua manus cum brachio iungitur. In qua parte,
arteriæ omnium maxime apparent, ut sit sensus: Vbi eas
quæ brachiale perreptant arterias prætergressus fueris, nul-
las in toto corpore tactu commodiores illis reperias qua-
si dicas: in brachiali, arteriæ ad tactum sunt accommoda-
tissimæ.

Linea. 20

Tria sortitur interualla.) Barbari Δια' γραμμæ uertunt dimen-
siones. Celsus libro tertio de febribus capite sexto: Si uenæ
non æquis interuallis mouentur

Linea. 25

Distantia.) Hoc pro interuallo positum est. ex uocabuli græ-
ci significatu.

Folio. 38.a linea 34

Interualla cum ipso.) Interualla hic uoco περιμ' ας, hoc est
quietem quæ percussibus arteriarum interuenit. Galenus
etiam διεγράψει hoc est interuallum uocauit, sed temporis quo
arteriæ mouentur.

b. Linea. 25

Peculiaris quidem puerili.) Postuidetur omissum: id quod
Galenus addit, διποδίστην τε πανολον' αιν' ας σφυγμός λαβε-
τη, παραγρυθεος καλει τη, hoc est, si puer propinquæ etatis
pulsum acceperit, pararythmus uocatur.

Folio. 43.b linea 28

Alius optima.) Pro deiectione hic ponitur alius. Celsus li-
bro secundo capite quinto. Alius quoque uaria pestifera
est. Item quæ liquida, eademque uel nigra uel pallida uel
pinguis est. Idem pro parte accipit qua excrementa con-
tinentur.

Linea. 30

Inrufum clangescit.) Pliniana locutio, proleuiter ru-
fa est.

h iii

ANNOTATIONES.

Folio.44.a linea.5

Particularum tabem.) Græce est *συνημμένη*, quæ uox significat colligationem consumptiōnemq; quā particulis quotidie aliquid abscedit, nec alimentum recipiunt. Nos tabē interpretati sumus, quod hæc dictio apud latinos latus paret, quam Græcorum φθίσις. Plinius uoce syntexi utitur tā quam latina, libro uicesimo secundo capite uicesimoquinto. Tali sorbitiōnis genere emendantur syntexes, hinc syntactici eodem autore dicuntur.

linea.29

Speciem uini tenuis & albī.) Græci codices habebant ē *γάλακτος τριτης καὶ πέμπτης καὶ ἀρχης*; hoc est, satis propinqua tenuis & albæ, uerum legendū censeo, ē *γάλακτος τριτης καὶ πέμπτης καὶ ἀρχης*. quenam ad modum Galenus & Oribasius, onde ad uerbum transcripsit.

linea.33

¶ diluta.) Hoc est aquosa, ut Celsus səpius utitur.

b.linea.18

Subsidentia alba.) Græci uocant hypostaseis, Celsus residenzia, aut subsidentia, aut quod subsidet.

Folio.46.b linea.14

Consistit.) Pro in summo statu est, in summo incremento est. Celsus libro tertio capite quinto: Quum uero febris inferet, incipiat, augatur consistat, decedat. & paulopost. Satis est consistente iam incremento febris, aliiquid offere. Item libro quarto, capite septimo: Vbi in incremento constituit.

linea.16

Nihiloque magis pectus quam extrema calent.) Hoc deesse uide batur, ex Galeno instauratum.

linea.34

Quod ad inferiora uergit.) Apertius ex Galeno & fusius ex posui. Sic etiam Oribasius habet.

Folio.47.a linea.11

Circuncidendum est.) Celsiana loquutio, ut libro quarto capite uigesimo. Circuncidendum uinum est in totum an num.

linea.18

Ordine conuerso otiosis.) Addidimus ad sententiam superiorem exprimendam, non incommodo, ut speramus.

ANNOTATIONES

Folio.49.b linea.23
Sustinere eos qui. Hoc est, nutritio. Græcum est dicitur ita
Celsus loquitur.

Folio.50.a linea.15
Humorem refrigerantis.) Hanc sententiam ita potius leges
Refrigerans aliquod, humore eius expresso, pilæ cum por-
tulaca iniicimus, deinde contulum exprimimus, cum usus
exigit, modico polenta mixto, totum in aquam frigidam
merum refrigeramus.

b. linea.8

Lemæ ipsis inhærentes.) Plinius usurpat hoc uocabulū
pro latino ut superius dictum est. Celsus crassiorem pituitā
interpretatur.

linea.20

Quum uero periclitatur.) Græce, ηε κινδυνος ονται, ad per-
culum uenit, pro eo quod latini dicunt. Metus est, periculū
est. Celsus uerbo uititur, libro primo capite tertio sic scribēs
Nam siue plus est quam quod cōcoqui possit, periclitari ne
corrumpatur, non oportet.

Folio.51.b linea.5

Nimis laboriosa uita ratio.) Græce est ταλαιπωρίαι, quasi
dicas miseriae. Idem ualeat ærarium uita ratio, quæ plena
& laboribus & miseriis existat.

linea.33

Pyra incendio.) Græca dictio est pyra, latini tamen usurpa-
ta. Proprie est lignorum fures.

Folio.52.a linea.32

Venter syntexin patitur.) Quid sit syntaxis superius expli-
catum est. Sententia est: Venter tabida, & quæ ex ipsius cor-
poris substantia decesserunt, humore undique in ipsum
confluente, mittit, partim uomiti, partim inferius. Ad uer-
bum Græce est: Venter syntexes emitit, alias sursum, al-
ias infra. Cur autem sic reddiderim, Cribasius fuit in causa,
qui apertius & fusius eandem tractat sententiam.

Folio.56.b linea.29

Fenestris patentibus.) Hoc quidem in Græci non est, sed ex
Celsoidem fere scribente hoc transtuli, quod aer frigidior
hinc peti soleat. Verba Celsi sunt libro.3.cap.19. quo minus
corpus insudet, leui ueste debet esse contextus, loco non

h. iiiii

ANNOTATIONES.

calido fenestris; patentibus; sic, ut persfatus quoque aliquis accedit.

Folio. 57. a linea 26

Hypoglottita uocant.) Scribonius Largus globulum uocat, qui sub lingua teneatur.

b. Linea. 9

Herbae pituitariae.) Pituitaria herba est quæ dicitur etiæ per dicularia, Græce staphis agraria.

Folio. 58. b linea. 10

In id uehementer efficax est.) Celso pecularis est hic sermo, ut libro tertio capite decimocstauo: Mouere sternutamenta in id efficacibus. Eodem sensu usurpat, ad id efficax, ut lib. 4. c. 8. pctionesq; ad id efficaces.

Linea. 14

Quum minus quam paix est.) Talis genus est, quæ αἴροπλα Græcis dicitur. Plinius exponit, quum cibum corpus non sentit. Celsius eodem fere modo interpretatur, libro tertio capite uigesimali secundo, sic scribens: Tabis plures species sunt; vna est, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decadentibus, nullis uero in eorum locum libetib; summa macies oritur, & nisi occurrit, tollit, & τέπιη hanc Græci uocant. Ea duabus fere de causis incidere coeuit: Aut enim nimio timore aliquis minus aut audititate nimia plusquam debet, assunit, ita uel quod deest, infirmata uel quod superat, corruptitur. Hactenus Celsius.

Linea. 18

Acrimonia sane febrium.) Græce est ὁγύπτος, quod significat acumen. Latine possis dicere, faciut febris lenita, aut acrimonia, aut uehementia remissa sive præterita, ut ad uerbum interpretere.

Folio. 59. a Linea. 25

Vniuersum superaccommodatus. Sonat Græce μετάκρηπτος. hoc est, cum strepitu, torrentis modo, ampliter in cœput de turbatus ex oleo fatus.

Folio. 60. b Linea 32.

Pollen polenta.) Apud Græcos est παπαληκαλφίται. Plinius tamen aliis; antiquiores scriptores, eas uoces ex Græcis uertentes nihil aliud quam polentam dixerunt, quam tamen παπαληκα propriam habeat significationem, quæ in dicet, q; in farina tenuissimum est.

ANNOTATIONES.

Folio. 61. a Linea. 6

Ex calidis spissamentis.) Aroma tusa, oleoq; admista ut te
nuitatem eius spissent, coactumq; confusa ipsarum farina
incrascent, spissamenta Latinis dicuntur, Græcis stymmata.
Plinius libro decinotertio capite primo: Ratio faciendi dī-
plex, succus & corpus: ille olei generibus fere constat hoc
odoꝝ: hæc stymmata vocant, illa hedysmata.

Folio. 62. a linea. 3

Aeris perspiratu.) Græce est, πρὸς αὐτὸν τὸ πτωτόν, quod est,
ad uentum conuertens. Celsus autem superiore loquitione
utitur in re simili. Qui enim uento exponit, aeris perspi-
ratum sentit.

Linea. 13

Qui subito animam perdunt.) Idem est quod animo des-
ciunt. Cæterum Celsus anima frequentius usurpat, q; animo
alii uero indifferenter.

Linea. 16

Contra hanic pugnandum est.) Celsus hunc in modum
loquitur.

Linea. 17

Sympotomatis.) Hoc Celius alijq; cædidi Latinae lingue scri-
ptores exponunt, per ea quæ superuenient.

ARGVMENTVM LIBRI SECUNDI.

Hoc secundo totius operis libro, de febribus tractatur. Primū
de iis que ad notas totamq; earum curationem conducunt, ser-
mo habetur: deinde de singularum febris Specierum generatio-
ne & curatione, posiremo de yis quæ febribus superueniunt.

CAPIT ALIBRI SECUNDI.

I. De febribus ex Galeni aliorumq; plurium cō-
mentariis. 33
II. Quot & quæ principalia in morbis potissi-
mum febribus perquirenda ibidem
III. Vnde cognoscendum, morbus ne sit sanabilis
au pernicioſus. 34